

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VII : Quam iuste & utiliter uiri illustres gloriam sint consecuti](#)

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII : Quam iuste & utiliter uiri illustres gloriam sint consecuti](#)

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII : Les hommes illustres ont avec bons tiltres, & grand'utilité du public acquis de la gloire & reputation](#)

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 01 : Que les hommes illustres ont acquis de la gloire avecque raison, pour avoir obligé le public](#)

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 201v°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

NATALIS COMITIS MYTHOLOGIAE,

LIBER SEPTIMVS.

10 *Quam iuste & utiliter viri illustres gloriam sint consecuti.*



20 **V**lla neque sanctior lex, neq; præclarius institutum esse potest serenissime atq; optime CAROLE Rex, quam illud, quod digna virtutibus præmia, & flagitia singulis supplicia proponit; siquidem æquum est, non solum ut à flagitiis retrahantur, verum etiam ad virtutem, & ad præclara facinora incitentur animi mortalium, ne delinquentes ac segnes vitam hanc obscure transigant. Hæc vna res Herculem, ceterosq; Heroas illustres ita ad labores, omniaque pericula fortiter subeunda impulit, ut nihil neque tam horrendum, neque tam arduum fuerit, quod labore & patientia non fuerit superatum. Nam & latrones de medio sublatis, & inferi aditi, & monstra horribilia perdomita, & crudelitas tyrannorum repressa atque extincta propter præmia virtutis dicuntur. est autem præclarum virtutis præmium, gloria; quæ animos mortalium ad insignia quæque facinora mirificè stimulis impellit; facitq; ut difficilia & periculosa & ardua omnia, leuia & plana & facillima videantur. Neque vlla ciuitas, nullum imperium, nulla natio denique potens ac diuturna esse posset, quæ, cum certa supplicia flagitiosis statuerit, mox nullam habeat virorum honorum rationem: quippe cum illa sola felix futura sit, quæ ad bonos honores & magistratus detulerit. id quæ fecerit, tanto magis erit cæteris ciuitatibus præstantior ac felicitior, quanto magis in hoc agendo fuerit studiosa. Satis eius, quod dico, præclarum erit argumentum Romanorum imperium ad viros bonos vel externos sæpe delatum, atque Athenienses etiam multos viros bonos externos sæpius summæ reip. præfecerunt. Ac contra ciuitas illa, quæ non nisi suis patet ciuibus, quæ fores occlusit exterorum virtuti & fortitudini, quæ nulla etiam habita ratione probitatis inter suos ciues, ad quosuis vel improbos magistratus detulerit; quæ sceleribus penas, ac nulla præmia virtuti, vel etiam paruas penas interdum improbitati, proponit; quo pacto non & segnis & libidini dedita esse potest? quo pacto non immemor acceptorum beneficiorum, aut etiam ingrata? quo pacto non inter scorta consenescat, & marcescat in otio? fieri enim non potest ut animus hominum nihil agat, qui nisi honestis exercitationibus teneatur, ad turpia quæque & impura studia deseratur necesse est: nam ubi fores occlusæ sunt virtutibus, illæ necessario patent vitiiis & sceleribus; cum aliquid omnino sit agendum.

De